

*Beccabelli*

SO ANTONII PANORMI-  
TAE DE DICTIS ET FACTIS ALPHON-  
SI REGIS ARAGONVM LI-  
BRI QVATVOR:

Commentarium in eosdem Aeneæ Syluſt.  
quo capitatim cum Alphonsinis  
contendit.

Adiecta sunt ſingulis libris Scholia per D. IACO-  
BUM SPIEGELIVM.



BASILEAS  
Ex officina Heruagiana. *Verul pin*  
ANNO. M. D. XXXVIII.

7

AVGVSTIS PRINCIPIBVS  
EISDEMQUE CHRISTIANISSIMIS CARO  
LO QVINTO IMPERATORI SACRATIS  
simo, ac eius fratri germano Cæs. FERDINANDO  
primo Rom. Hungariæ, Bohemiæq; Regi indyæ  
IACOBVS SPIEGEL Selestadiensis  
dientulus. S. D.



Vanquam is semper fuit Antiquitatis ge  
nius, ea dignitas ac reuerētia principes Au  
gusti, Carole imperator sacratissime, ac  
Cæsar Ferdinande rex indyæ, ut quicquid  
hæc nobis commendat, gratius sit atque  
acceptius, siue quia de remotissimis plerumq; excellen  
tior opinio, seu quia proximis minus fauemus tantum  
non nos grauātibus, adeò lente exolefcit inuidia, tamē  
haud uideo cur recentiorum clarorum uiroꝝ uel fa  
cta uel dicta cōtemni debeāt, quæ & ipsa aliquando fu  
tura sunt antiqua, præsertim literarum consecrata mo  
numentis. Nam ut donemus plusculum autoritatis  
inesse ueterum Apophthegmatis Laconum, philoso  
phorum, Imperatorumque si quis in oratione uel ope  
re serio citet, certe quidem ex recentioribus ac nuperis  
non minus fructus percipere licebit, & haud scio an eti  
am efficacius nos admoneant tanquam de proximo  
uisa aut audita. Enimvero admirabilis existit utro  
rumque utilitas, dum quid agendum sequendūue  
sit docent, aut quid fugiendum, æque commonstrant.

a 2 Itaq;

# ALPHONSI REGIS

DICTORVM ET FACTORVM

LIBER PRIMVS.

Caput.

I



**Q**RABANT, & quidem suppliciter Ioan-  
næ Neapolitanorum reginæ oratores Al-  
phonsum, ut destitutæ omni ope reginæ  
auxiliū ferret, r̄s refragabantur ferè om-  
nes regis consiliarij, durum & perquam  
anceps fore bellū dicitantes, apud genus hominū ar-  
mis exercitatū, industria atq; opibus pollens potensq;.  
& præsertim apud mulierem ingenio mobili & incon-  
stanti. Tum rex accepimus, inquit, Herculem etiā non  
rogatū laborantibus subuenire consueſſe. Nos reginæ,  
nos ſceminæ, nos afflictæ, nos demū tantopere rogan-  
ti opem ferre dubitabimus? Graue quippe bellum ſu-  
ſceptū eſſe fateor, uerū eò præclarius futurū. Sine labo-  
re & periculo nemo adhuc gloriam conſecutus eſt.

Fortiter.

2 Illud grauiter & iuſtè dictum in equitem quendam  
prodigū uel in primis recenſeamus. Quibusdam à re-  
ge magnopere petentibus ne saltē in corpus lueret de-  
bita, quæ ille plurima per luxum libidinemq; contra-  
xerat: Reſpondiſſe aiunt, equitem hunc neq; ſui regis  
gratia, neq; patriæ commodo, neq; propinquorum &  
amicorum ære alieno ſuſcepto tam grande patrimoni-  
um profuſiſſe, quinimo ſubſtantiā ſuam omnem cor-  
pori indulſiſſe: In corpus igitur luere æquius eſſe.

Iuſtè.

b Cum

tentia metu poenae per stipulationem addita standum sit. Con-  
tra in arbitratore ob non adiectam poenam sicut esse in partium  
voluntate dicto eius parendi. Sic quoque ab arbitrio arbitramen-  
tum differre. Langobardorum) Vide Blondum libro primo  
Decad. secunda. & Georgium Merulam libro primo Antiq. Vi-  
cecom. Nato tuo) Lege de illo Pontanum libro secundo  
Neapol. Belli, & ad finem sexti.

Libris eius) De quibus apud Ricium lib. tertio de Regib. Sic-  
liae, ac Volaterranum ad finem lib. sexti.

Concius) Communiceps. Conciuem enim Latinam uocem  
non esse plerique arbitratur. Bernardinus)

Vide Blondum in Campania,

& Syluium in Europa.

Finis.

BASILEAE PER IOANNEM HERVAGIVM ET  
IOAN. BRASMIVM FROBENIVM.

ANNO M. D. XXXVIII.



